



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Varia Deiparæ miracula ex diuersis Auctoribus sectione I. num. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

*Ioannes Zemisches Deipara ope Barbaros profigat.*

*nū. 54.*

*Ioannes Comnenus Deipara auxilio, Seytharum  
exereitum delet. nū. 55.*

*Constantinus Copronymi, & Leonis Isaurici Hare-  
ticorum mors exercanda. nū. 56.*

*Albigenses Haretici in Gallia per Deiparam ex-  
tincti nū. 57.*

*Infideles Diensē arcem oppugnantes Deiparae  
patrocinio profigantur. nū. 58.*

*Ingens Angole de Barbaria Deiparae auxilio par-  
ta a victoria. nū. 59.*

*Victoria Naualis de Turci anno 1571. Deiparae  
precibus parta. nū. 60.*

*Gonfagratio hospitiis Montis Virginis, & quam-  
plurimorum miserandus interius. Quorundam  
stem admirabilis ab incendio per Deiparam  
salus anno 1611. num. 26.*

VARIA DEIPARAÆ MIRACU-  
LA ex diuersis Auctorisbus. sc̄lio  
prima.

*Isaacius* **I**SAACIUS Angelus Imperator Constantino-  
politanus anno salutis 187. cūm à Brana  
Tyranno exigitaretur, Dei Genitricis Imagi-  
ne ex Hodegio Monasterio transtulit in Mœ-  
nia Vrbis, ubi bellum, & aggressus hostium ti-  
mebatur, & Monachos quos creditit faſtio-  
res introdixit in Regiam ad pieces Nudipedie-  
ria, Humi Cubationes, & alias sanctas exercita-  
tiones frequentandas: atque ita ab imminentia  
exitio liberatur ope Conradi Longobardi Du-  
cis Monte serrato occiso Tyranno. hæc Ni-  
ceras in Annalibus.

*S. Adelbert* **S.** Adelbertus Episcopus Pragenis, qui Po-  
tus Episco- ionis, & Hungari Euangelium predicauit, &  
pus Pra- anno Domini 997. inclito martyrio est coro-  
genfis &  
natus; coiis dies in Martyrologio 23. Aprilis  
mart. cum annotatur, cum adhuc infantulus lac sageret  
infans agro febri correptus proximam sibi mortem insta-  
raret à Dei se preſerferbat. Territi ergo parentes à quibus  
para vale: unice diligebatur voce tremula dixerunt: Non  
studini: sib⁹ nobis Domin⁹, non nobis visua puer ist⁹ sed Cleri-  
reſtitutus. eus in Dei Matris honorem portet jugum suum  
pulchra crux. Sic dicunt, ponuntque sub al-  
tare Virginis, & recessit in icta oculi vis do-  
loris: infantulus ad se redit, sospes in omnibus  
membris Bona Angelorum Imperatrix Augu-  
sta Virgo perpetua, sic sic se inuocantium ad  
Deum portat dominum vota, dum negare ne-  
scit ex corde petentibus, dum de cœlo seit o-

gem ægis mortalibus. Splendida stella maris,  
significijam servum Virgo Maria tuum. hac  
in eius vita apud Surium.

Is factus deinde Episcopus, & Monastico  
etiam habitu suscepito tanta vita sanctimonia  
claruit, tanto animarum zelo flagravit, ut le  
Dei Genitricis alumen, cuius ope lanitatem  
adeptus erat, egregie comprobavit.

*S. Petrus Cælestinorum Institutor*, summo *s. petri*  
Pontificatu deposito clarus: cum esset trimo- *Cælestinus*  
lus, ligno acuto in dextero oculo percussus, ex- *calamus*  
cæcatur: desperata à Medicis eius curatione, *Duges*  
Mater de B. Virgine confidens, ad quandam *reflexa*  
ejus Ecclesiam puer defensens, ibi una nocte *victoria*  
vigilat, & orat: & dum materbus oculus inter *reverentia*  
deuota præcum suffragia laetatur, oculus *filii*  
filii ipso mane sanus, & absque macula restau- *restauratur*. hæc Petrus de Aliaco Cardinalis in ejus *petri*  
vita cap. 4 apud Surium 19. Maij.

*2* De miraculis quoque Deipara editis in *Ales*  
templo extacto à Cyro, qui cūm esset ethni *Cyrus*  
cus, praefecturam Constantinopolitanae *Vitis* *Duges*  
geslit sub Theodosio Iuniori circa annum Do- *mira*  
mini 446. postea verò Christianis facis ful- *interviu*  
bris in Smyrneorum Episcopum est promotus, *Cyrus*  
hæc scribit Nicephorus lib. 4. hist. cap. 46. a *Episcop*  
gens de eo. Hujs quoque est opus templum *Nicetus*  
Dei Genitrici dicatum, quod Cyndicatur in *opus*  
quo fama est Romanum illum Cantorem ex- *opus*  
mium propter carmina decantata honorem, & *opus*  
præmium virtutis à Dei Genitrice receperit. *opus*  
Templum autem id hujusmodi occasione ist- *opus*  
hic est erectum. Cupressus in eo loco ingens *opus*  
& procera fuit, in qua superioribus temporibus *opus*  
nescio quo modo, Imaginem Dei Genitricis *opus*  
quidam occultauit. Cūm autem multum *opus*  
præterisset temporis, & Imago lateret, ipsa se *opus*  
ipsam indicavit. Cupressus enim immenso *opus*  
coruscans lumine perinde, atque fax una arde- *opus*  
te via est, & ingens etiam miraculorum vis ab *opus*  
obscura, & latenti efficacia manauit. Vbi *opus*  
autem quidam curiositate laudata arborem *opus*  
concedit, Imago eq. unde miraculorum vis *opus*  
profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei *opus*  
honore habens, pulcherrimum, & maxi- *opus*  
mum Dei Genitrici construxit templum. hæc *opus*  
Nicephorus.

Damasci Deipara sacra Imago oleo ex ea *opus*  
manante non tantum Christianis, sed & Sar- *opus*  
cenis, ac Iudeis subveniebat, teste Arnoldo Ab- *opus*  
bate Lubecensi, qui id vidit cūm in Palesti- *opus*  
nam est peregrinus, & habetur apud Cardi- *opus*  
nalem

talem Baronum tom. 10. ad annum Domini  
*Arnoldus* 870. Item à Damasco, inquit Arnoldus, ad tria  
*Baronius* millia est locus quidam in montibus suis, qui  
*Arnoldus* Saidaneida vocatur, & à Christianis inhabitatur. Et est ibi ecclesia in rure sita, & in hono-  
rem gloriose Virginis dedicata, in qua monia-  
les virgines duodecim, & monachi octo affi-  
duo Deo seruunt, & B. Virginis, in qua Eccle-  
sia vidi tabulam ligneam ad membra ipsius  
vina longam, & latam ad modum dimidiae  
vlnæ retro altare in muro sanctuarij in fene-  
stra positam, & ferro laquealiter cancellatum  
firmatam. In qua tabula effigies B. Marie Vir-  
ginis aliquando depicta fuit, sed nunc (quod  
dictu mirabile est) pictura super lignum est  
incarnata, & oleum odoriferum super odorem  
balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo  
multi Christiani, Saraceni, & ludei de duer-  
sis languoribus sepe liberantur. & nota quod  
oleum illud quoquam immunitur quantum  
cunque inde accipiatur. Nec praedicta tabula  
à quoquam tangi audetur, videri autem om-  
nibus hominibus conceditur; oleum vero illud  
à Christiano religiosè conseruat, aug-  
mentatur, & cum pro quoconque cum devo-  
tione, & fide sineira sumptum fuerit, pro ho-  
nore sanctæ Virginis, commissisque solen-  
titibus indubitanter impetrabitur. Ad hunc  
locum in Assumptione, & die gloriose Nati-  
vitatis sua, omnes Saraceni illius Provincie,  
vnâ cum Christianis causa orandi confluent,  
& Saraceni cérémonia illie sua offerunt  
cum maxima devotione. Nota, quod haec ta-  
bula primum Constantiopolis facta & depicta  
fuit; unde temporis quidam Abbatis supra-  
dicti loci causa orationis Jerusalalem descendere-  
tur, & impetrata tabula à Patriarcha Iero-  
lymitano eam secum ad Ecclesiam sibi com-  
missam transportavit. Fuit autem hoc lacra-  
tionis anno octingentesimo septuagesimo  
sed postea per multa tempora caput oleum  
facium ex ea manare hucusque Arnoldus.

ALIQVOT SELECTA DEIPARÆ  
*miracula ex Vincentio Beluacensi*  
*lib. 7 Speculi histor.*

*Aliqua* *Deiparæ* *miracula* *ex* *Vincentio Beluacensi*  
*in Vincet.* *Beluacensi* *met ad calcem illius Operis testatur.* Is in

libro septimo eiusdem speculi capite 81. non-  
nulla Deiparæ miracula non abique delectu se-  
constridere affirmat. Nos quædam ex illis hoc  
loco in seremus adiecto capite, vnde sunt de-  
prompta.

Quidam ex naui, quæ aquis per inferiorem *Maria op̄e*  
histum irrumperibus mergebatur, cum in *implorans*  
cimbam, in quam Episcopus quidam cum *quidam in*  
nonnullis alijs ex ipsa nau propter eandem *medit flu-*  
*causam se demiserat, descendere vellet, in ma-*  
*re decidit; atque ad ima pelagi demersus nus-*  
*quam comparuit Episcopus tandem cum*  
*cumba deuetus, terra cum socijs applicuisset,*  
*ecce locum, quem inter duas cecidisse naues*  
*in mare diximus, de mari subito viuum, & in-*  
*colunam vident exire. Quærunt flupentes, &*  
*de recepto socio exultantes, quid ei accidet,*  
*quomodo à marinis fluctibus liberari sic po-*  
*tuit. Qui ait, beatæ Dei Genitricis cùm in a-*  
*quam caderem nomen exclamauit, siccum eius,*  
*& memoriam habendo, & nomen declaman-*  
*do ad ima pelagi deueni. At ipsa misericordia*  
*Mater Virgo Maria, qua memorum suorum*  
*immemor nullatenus esse potest, mihi sub vni-*  
*dis adstitit, pallioque fud me clementer con-*  
*textit, & contextum sub aquis & que ad littus*  
*perdixit, hæc eo dicente, laudes Deo Deo re-*  
*feruntur, & Mater misericordia ab omnibus*  
*prædicatur. Vincentius cap. 88.*

4. Abbas quidam in medio mari Britanni-  
ci nimia cum alijs multis oppresus est tem-  
pestate; adeo ut omnes de vita cogarentur de-  
spirate. Itaque alij B. Nicolaum, alij sanctam  
Claram, alij pium Andream, vel querilibet aliū  
inuocabant. Vnusquisque enim quem fami-  
liarem sanctum habuerat, eum in necessitate  
sua familiarius inuocabat. Aliqua etiā offere-  
bant munuscula, vt moris est tempestate mar-  
rina deprehensis. Cumq; Abbas videret omnes  
istos, vel illos sanctos inuocare, neminem autē  
Matrem misericordia. Sidus marinum, cœtes  
tis omnibus miseri potenterem Mariam no-  
minare. Quid est, inquit, quod agitis fratres,  
quid ceteros, qui minus possunt tantum inuoca-  
tia; & ipsam quæ plus omnibus potest relinquunt?  
Bonum quicquid est quod faciis, sed multo melius  
effet, si omnes una voce matrem misericordia una  
voce inclamare. Quo illi præcepto omnes una  
voce Matrem Dei nominant, omnes, ut sui  
misereatur proclamant. & ipse quoque Ab-  
bas, qui præter unum ponum nihil domi-  
derat, qui que per duos dies, ac noctes ita af-  
ficitur

*Tempestas*  
*maris se-*  
*davit.*